

## Codice Diplomatico Longobardo I, 62

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Liutprand uiro excellentissimo rege, anno filicissimo regni eius uicensimo quinto, et domno nostro Elprand excellentissimo rege, anno secundo, mense aprile, indictione quinta; feliciter. Dolcissimis nobis semper et in bonis omnibus nominando te Sichiperte, Causule et Sichifridi uiri deuoti germani filii quondam Rothari optiui filiiis meis; Filimari uir deuotus filio quondam [...]aturi. Prouita legum bene sanxit antiquitas forensis contemplationem iustum arbitrium in quibus placitum fueret digno moderamine suscepiat paruulum, ut ille qui non habet defensoris. Necessarium est mihi Filimari inquirere illas personas te Sichiperte, Causule, Sichifridi uiri deuoti, qui mea Filimari uel de [rebus] meis necessitate enutrire seo defensare debeas. et ideo ego Filimari uir deuotus contui in uos qui supra Sichiperte et Causule, Sichifridi omnes paruulitate rebus meis quem [habere] uisus sum in loco qui uocitaur in Cerqueto, parte liuera mea, tam casa, terra, uinea, selba, cultum et incoltum; omnia et in omnibus parte mea ad me pertenente. [sic] tamen addedet animus meus Filimari, dum hec adiuuere meruero ego aut filiiis meis, [uos] qui supra Sichiperte, Causule et Sichifridi, ut uos semper de nos mercedem habere debeatis, [sicut] usque actenus tempus semper habuestis, ita ut hab hodierna die habeatis, teneatis [et] possedeatis tam uos qui supra seo filiiis heredis uestris; et numquam ego Filimari aut nullo erede meo uos de ipsas res in alico molestare debeas, set cunctis diebus uos qui supra quieti sine omnem intentionem ualeatis possedere. Quam uiro confirmationis pagina Aut [...] notario scribendam rogauit. Actum Luca, regnum et indictione suprascripta; fel(iciter). [Signum] + manus Filimari uiri deuoti, qui hanc adfiliationis chartula scribendam rogauit. Signum + manus Lucifridi uiri deuoti testis. Signum + manus Gudiperti filio quondam Pitti testis. Signum + manus Teudualdi magistri testis. Signum + manus Pettuli uiri deuoti testis.